& scribatur, postea comminet & dicat;
Ne laeteris philistea omnis tu. quoniam
comminuta ē uirga percussoris tui,
De radice enim colubri egredietur regu
lus & semen eius absorbens uolu
crem; hoc est de achaz construet
rex ezechias, ex quo intellegi uolunt
Non statim post patris mortē filiū
in imperiū subrogatū, sed uel seditioni
b; populi uel quib; dam interregnis
aut certe p̄occupatū malis & hinc in
de c̄surgentib; bellis regnū ei' fuis
se dilatum. In reb. obscuris diuer
sas ponimus opiniones, ut non tam scri
bere quam loqui tibi corā uideamur,
Ceterū apostolus interminabiles genea
logias & iudaicas fabulas p̄hibens,
De istiusmodi mihi uidetur interdicere
quaestionibus, quid enim prodest
herere in littera & uel scrib tarus
errorem uel annorū seriem
calumniari, Cum manifes
tissime scribat, littera occi
dit sp̄s aūt uiuificat. Relege om
nes ueteris & noui testamenti libros, &
tantam annorū repperies disonan
tiā & numerū inter iudam & isrl̄ id
est inter regnum utrumq; confusum,
ut huiuscemodi redere quaestionib;
n̄ tā studiosi quā otiosi hominis
eē uidea tur; Munuscula tua
tā libenter a te missa
sus cepi & inpendio p̄cor

ut amore quo nos adpetere coepis
ti ad finem usq; perduret, Non enim
coepisse sed permansisse uirtutis ē.
Nostra uicissim p̄ desiderium missa suscip . . .

[&]
uo

HIERONIMUS AD PAMMACHIUM
DE DORMITIONE PAULINAE

LXVIII

# SANATO VULNE

ri & in cicatricem sup duc te cuti
si medicina colorem reddere uoluerit dum
pulchritudinem corporis quaerit plagā
doloris instaurat. Ita & ego serus conso
lator qui inportune p̄ biennium tacui uere
or ne nunc inportunus loquar & adtrec
tans uulnus pectoris tui quod tempore &
ratione curatum ē. commemoratione ex
ulcerem. Quae enim auris tam durae quae de
silice excisa p̄cordia & hyrcanarū tigrium lac
te nutrita possunt sine lacrimis paulinae
tuae audire nomen. quis parturientem
rosam & papillatum corimbū. antequā
in calathum fundatur orbis & tota rubeni
tium foliorum pandatur ambitio inmatu
re demessum aequis oculis marcescere
uideat. Fractum ē p̄ pretiosissimum
margaritum. uirens zmaragdi gemma
contrita est. quid boni habeat sanitas
languor ostendit. Plus sensimus q̄d ha
buimus postquā habere desiuimus,
In agro terrae bonae tres fructus legimus
centesimum sexagesimum & tricesimum,
In uirginib; mulierib; & sanguine & uirtute con
iunctis tria xp̄i p̄mia recognosco,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0405